A. D. 1926 CURRENDA Nrus VI

PISMO URZĘDOWE TARNOWSKIEJ KURJI DIECEZJALNEJ

J. E. Najprzewielebniejszy Ksiądz Biskup otrzymał od Ojca św. z okazji Jubileuszu Biskupiego następujący list:

VENERABILI FRATRI

LEONI EPISCOPO TARNOVIENSI

PIUS PP. XI

VENERABILIS FRATER

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Cum annus exiturus sit quintus et vicesimus ex quo ad Episcopalem honorem ascendisti, tuis fidelibus fore gratum accepimus, si Nosmet ipsi communes eorum gratulationes aliquo benevolentiae signo cumulaverimus. Equidem libenter id facimus hac epistula; non solum ut tuorum votis geremus morem, sed etiam, ut caritatem erga te Nostram opinioni parem, quam de te habemus egregiam profiteamur. Haec vero opinio Nostra illa nititur singulari diligentia quam tu semper in sanctissimis obeundis muniis impendisti. Quamobrem debitas grates Deo tecum agimus, quod virtutem tuam, in animarum salute procuranda, tantopere usque adhuc sustimuerit. Laetare igitur cum de recte factorum conscientia tum de his gaudii significationibus, quibus te in eventu tam fausto clerus populusque prosequitur. Nos vero Deum precati ut in annos multos te incolumem sospitet suisque muneribus ditet tibi damus, ut sollemni die, sacris operatus, adstantibus nomine Nostro benedicas iisque plenariam admissorum veniam proponas usitatis Ecclesiae conditionibus lucrandam. Atque in caelestium donorum auspicium itemque in paternae benevolentiae Nostrae signum, tibi, Venerabilis Frater, cunctoque gregi tuis curis commisso — Apostolicam Benedictionem amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XXX. mensis Aprilis anno MCMXXVI., Pontificatus Nostri quinto

PIUS PP. XI

Wizytacja kanoniczna dekanatów: tuchowskiego i tarnowskiego

J. E. Najprzewielebniejszy Ks. Biskup Ordynarjusz dokona wizytacji dekanatu tarnowskiego w następującym porządku:

4 i 5 lipca w Jurkowie; 11 w Zbylitowskiej Górze; 25 w Łukowej; 5 września w Woli Rzędzińskiej; 6 w Jastrząbce Nowej; 7 w Pogorskiej Woli; 12 i 13 w Lisiej Górze; 19 w Skrzyszowie; 20 w Łękawicy; 26 w Porębie Radlnej; 29 w Szczepanowicach.

Najprzew. Ks. Biskup Sufragan dokona wizytacji dekanatu tuchowskiego w tym porządku:

29 maja przyjazd do Szynwałdu; 30 w Szynwałdzie; 31 w Zalasowej; 1 i 2 czerwca w Ryglicach; 3 i 4 w Tuchowie; 5 w Piotrkowicach; 6 i 7 w Pleśnej; 8 w Brzozowej; 9 w Siemiechowie; 10 i 11 w Gromniku.

W dniach wymienionych wizytacyj kanonicznych odmawiać będą P. T. Kapłani we Mszy św. modlitwę *de Spiritu Sancto*, o ile na to pozwolą Rubryki.

L. 2428.

Statut dla duszpasterstwa wojskowego w Polsce,

obowiązujący od 1 maja 1926 r.

N. prot. 13170. *Varsaviae, die XVIII Novembris MCMXXV.*

BEATISSIME PATER

Stanislaus Gall, Episcopus Titularis Halicarnassensis et Ordinarius Castrensis pro Regione Polona, ad Sanctitatis Vestrae pedes humiliter provulutus, cum Concordatum de die 10 Februarii a. 1925 cum Republica Polona initum Art. VII pro clero castrensi jura parochialia, quae in his adjectis „Statutis pro Clero militari" a toto Episcopatu trium rituum Poloniae fusius exponuntur, statuat, illas facultates postulat, quae Sanctitas Vestra necessarias ac opportunas pro munere Ordinarii Castrensis in Polonia obeundo censuerit.

STATUTA
curam spiritualem militum Exercitus Poloni spectantia

I-o. Principia generalia.

1. Curae spirituali Exercitus terrae et maris Reipublicae Polonae, quantum ad catholicos attinet, Episcopus Castrensis praeest.

2. Executio mandatorum Episcopi Castrensis, juxta praescripta Juris Canonici et decreta Ministri Rerum Militarium, ad eiusdem Curiam pertinet.

3. Tribunal Episcopi Castrensis in ejus Curia residet.

4. Tribunal Metropolitanum Varsaviense constituit secundam instantiam pro causis judicatis in tribunali Episcopi Castrensis.

5. Episcopo Castrensi jus est Vicarios Generales nominandi.

6. In districtibus militaribus Reipublicae curae spirituali militum praesunt Decani, ab Episcopo Castrensi destinati.

7. Functiones Decanorum districtuum definiuntur ab Episcopo Castrensi.

8. Totum territorium Reipublicae — quod attinet curam spiritualem militum — ab Episcopo Castrensi dividitur in parochias militares, quibus praesunt Capellani militares, jurisdictione parochorum erga suos instructi ad normam Art. VII. Concordati inter S. Sedem et Rempublicam Polonam.

9. Parochia militaris complectitur personas pertinentes ad turmas, instituta ac „formationes" militares atque illas omnes, quae commissae sunt curae spirituali relativi Capellani militaris, nimirum:

1. omnes milites gregarios exercitus tum terrae, tum maris, silicet:
   a) milites gregarios aciei destinatos, a tempore quo sustentari incipiunt;
   b) eos, qui, termino absoluto, ultra in militia manent;
   c) milites superioris ordinis (sousofficiers);
   d) opifices militares in castris munitis clausis atque musicos militares;
2. omnes praefectos militum (officiers) exercitus tum terrae, tum maris:
   a) stabiles;
   b) ad copias subsidiarias pertinentes, quum, ad arma iterum vocati, in activo servitio reperiuntur;
3. clericos militares:
   a) stabiles;
   b) subsidiarios, quum, ad arma iterum vocati, in servitio activo reperiuntur;
4. discipulos — alumnos:
   a) scholarum militarium;
   b) scholarum pueris ad militiam instituendis destinatarum;
   c) orphanotrophiorum militarium in castris munitis clausis;
   d) discipulos musicae addiscendae operam navantes;
5. omnes ad arma vocatos occasione convocationis totius Nationis ad Rempublicam defendendam;
6. milites debiles, emeritos militares, veteranos „rebellionum" qui in valetudinariis militaribus inveniuntur;
7. emeritos militares, quum, ad arma denuo vocati, in activo servitio reperiuntur;
8. mares ac feminas, qui in valetudinariis militaribus institutisque, sanitatem exercitus spectantibus, muneribus funguntur, in eisdemque degunt;
9. captivos, in carceribus detentos ac eos, qui tempore belli in aliquo speciali loco, securitatis causa, detinentur;
10. operarios et aurigas, ad quoscumque militares labores tempore belli vocatos atque extra parochias suas commorantes;
11. officiales militares, qui in valetudinariis militaribus, carceribus, scholis ac castellis muneribus funguntur;
12. familias militum, militia in acie fungentium:
   a) uxor, cum suo viro degens;
   b) pariterque liberi una cum parentibus habitantes, ante 21 aetatis annos expletos.

II-o. Iurisdictio cleri militaris.

10. Episcopus Castrensis jurisdictionem exercet in capellanos, milites omnes ac membra eorundem familiarum religionis catholicae omnium rituum totius Exercitus terrae et maris Reipublicae.

11. Capellanus militaris illos solos infantes jus habet baptizandi, cuius pater, aut vidua mater pertinent ad parochiam militarem, curae eius commissam.

12. Capellanus militum potestatem habet excipiendi sacramentales confessiones omnium militum earumque familiarum, eisdemque Sacramentum Eucharistiae administrandi.

13. Quod administrationem Sacramenti Matrimonii attinet, Capellanus, qui jurisdictione parochi praeditus est:

a) facit publicationes matrimoniorum, quae a militibus earumque familiis (suae curae commissis) contrahuntur;

b) licite et valide benedicit nuptiis militum earumque familiarium, erga quas jura parochi sibi competunt;

c) delegationem dat ad licitam et validam benedictionem matrimoniorum in territorio ipsi ab Ordinario Castrensi adsignato, militum earumque familiarum, quae ad eius parochiam militarem pertinent.

ADNOTATIO. Jurisdictio, Capellanis militaribus concessa, iurisdictionem propriorum parochorum quoad validam benedictionem matrimoniorum non tollit.

14. Capellanus militum ius habet ad sacra funebria peragenda militum earumdemque familiarum ad eius parochiam pertinentium.

15. Functiones religiosas Capellanus militaris persolvit in ecclesia militari; quae si non habeatur, in alia ecclesia ei ab Ordinario Castrensi designata, praevio consensu Ordinarii loci, peragere poterit.

16. Ad officia Capellani militaris, curam animarum in parochia militari habentis, spectat institutio religiosa parochianorum suorum, praecipue militum gregariorum ac juvenum.

III-o. Cura spiritualis relate ad personas ritus graeco-catholici.

17. Consiliarius Episcopi Castrensis in quaestionibus liturgicis, ritum graeco-catholicum spectantibus, est Decanus ritus graeco-catholici, qui Curiae Episcopi Castrensis addictus est.

18. Milites earumque familiae, ritus graeco-catholici, subiacent curae spirituali proprii Capellani graeco-catholici, qui praeest parochiae graeco-catholicae, ab Episcopo Castrensi constitutae.

IV-o. Conscriptio librorum parochialium.

19. Capellani militares parochi conficere debent libros parochiales ad normam Can. 470 Codicis Juris Canonici.

20. Capellani militares munere „officialium status civilis“ funguntur relate ad personas militares earumque familias, convenienter praescriptis a Curia militari editis.

21. Capellani militares bona ecclesiastica, iuxta mentem iuris canonici Tit. XXVII atque praescripta militaria, administrant.

V-o. Complementum numeri cleri militaris.

22. Numerus Capellanorum militarium tempore pacis praefinitur lege de „muneribus stabilibus“ (etat) in exercitu polono.

23. Quaevis dioecesis Episcopo Castrensi, cui jus eligendi competit, praestitutum numerum sacerdotum pro cura animarum in exercitu praesentabit.

24. Candidati, ad munus Capellanorum militarium electi, sequentes qualitates habeant oportet:

a) sint cives poloni;

b) habeant testimonium medici de bona valetudine ac tolerantia physica laborum;

c) sint aetatis annorum 35 nondum expletorum;

d) sacerdotes fuerint saltem a tribus annis;

e) habeant bonum testimonium Ordinarii (Can. 117).

25. Nominatio Capellanorum militum ad Ordinarium Castrensem spectat.

26. Numerus Capellanorum tempore belli praefinitur „ordine convocationis“ militum ad arma (seu vulgo „mobilisationis“). Sacerdotes, in casu „mobilisationis“ ad curam spiritualem praesignati, pertinent ad Capellanos copiarum subsidiariarum; omnes alii adnumerantur copiis, quae, occasione convocationis totius populi ad Rempublicam defendendam convocatae sunt. Ordinarius, bono parochiarum prae oculis habito, praesignabit eos sacerdotes, qui in casu „mobilisationis“ in officio suo manere debebunt.

27. Quivis Ordinarius atque Praepositus Congregationis Religiosae singulis biennis destinat sacerdotes, qui ex eius dioecesi (rel. Congregatione) pro casu belli tamquam Capellani copiarum subsidiariarum militiae adscribuntur.

28. Capellani copiarum subsidiariarum praesignati ad curam animarum iisdem qualitatibus, quae a Capellanis tempore pacis requiruntur, praediti esse debent.

29. Capellanus copiarum subsidiariarum, qui pro casu „mobilisationis“ ad curam spiritualem iam praesignatus est, non potest sine consensu potestatum militarium, per Curiam Episcopi Castrensis obtento, de tabulis Capellanorum copiarum subsidiariarum eximi atque a necessitate comparendi in casu „mobilisationis“ liberari.

30. A momento „mobilisationis“ omnes Capellani copiarum subsidiariarum omnesque clerici catholici ad servitia, sanitatem spectantia, vocati, juxta praescripta Sedis Apostolicae iurisdictioni Episcopi Castrensis subiacent.

DECRETUM

NOS
LAURENTIUS LAURI
ARCHIEPISCOPUS TIT. EPHESIEN.
NUNCIUS APOSTOLICUS

Vigore specialium facultatum Nobis benigne a Sancta Sede tributarum praesentia statua pro Exercitus Reipublicae Polonae spirituali adsistentia adprobamus atque necessarias ut ea executioni mandentur facultates Reverendissimo Episcopo Castrensi *ad quinquennium* concedimus, salvis tamen omnibus de jure servandis.

Datum Varsaviae, ex Aedibus Nuntiature Apostolicae, die vigesima septima mensis februarii anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo sexto.

L. S. ***(—) † Laurentius Lauri***

Archiep. Ephesien. Nuncius Aplicus.

Pomoc państwowa przy wykonywaniu postanowień i dekretów kościelnych

Rozporządzenie Ministra Wyznań Religijnych i Oświecenia Publicznego z dnia 23 marca 1926 r. w porozumieniu z Ministrem Spraw Wewnętrznych, w sprawie udzielania pomocy państwowej przy wykonywaniu postanowień i dekretów kościelnych. Dz. Ustaw. Rzp. Pol. Nr. 44 ex 1926 poz. 271.

Na podstawie art. 2 ustawy z dnia 23 kwietnia 1925 r. o zatwierdzeniu układu ze Stolicą Apostolską, określającego stosunek Państwa do Kościoła rzymsko-katolickiego (Dz. U. R. P. Nr. 47, poz. 324) zarządza się co następuje:

§ 1. Władze państwowe powołane są do udzielania pomocy przy wykonaniu postanowień i dekretów kościelnych na żądanie władzy kościelnej, tylko w sprawach, objętych art. IV Konkordatu, zawartego pomiędzy Stolicą Apostolską a Rzecząpospolitą Polską (Dz. U. R. P. z r. 1925, Nr. 72, poz. 501).

§ 2. W wypadkach wskazanych pod literą a art. IV Konkordatu, właściwa władza kościelna, zamierzająca korzystać z pomocy państwowej przy wykonywaniu swoich dekretów, może zwrócić się z odpowiedniem żądaniem do właściwego urzędu wojewódzkiego, t. j. tej miejscowości, w której przebywa osoba duchowna, doknięta dekretem kościelnym względnie w której znajduje się beneficjum, o ile chodzi o pozbawienie beneficjum.

W sprawach objętych punktami b i c art. IV Konkordatu odpowiednia władza kościelna może się zwracać do właściwej władzy państw., wskazanej w poszczególnych ustawach państwowych, dotyczących danych spraw. Jeżeli te ustawy nie zawierają pod tym względem wyraźnych wskazań, odpowiednia władza kościelna zwraca się za pośrednictwem swej władzy diecezjalnej do urzędu wojewódzkiego.

§ 3. Władza kościelna, zamierzająca korzystać z państwowej pomocy, przesyła do odpowiedniej władzy państwowej pisemne żądanie, które zawierać winno: treściwe przedstawienie faktów, będących powodem tego żądania; stwierdzenie wydania odpowiedniej decyzji lub dekretu; przytoczenie właściwego punktu IV artykułu Konkordatu, na którem żądanie się opiera; wreszcie konkluzję, która wskaże, co ma być osiągnięte przy zastosowaniu pomocy państwowej.

§ 4. Władza państwowa, której złożone zostało żądanie udzielenia pomocy do wykonania postanowienia lub dekretu kościelnego, rozważy i zdecyduje, jakie prawne środki mają być w danym wypadku zastosowane, oraz wyda bezzwłocznie odpowiednie zarządzenia i powiadomi o nich władzę kościelną najdalej do dni 14.

§ 5. O ile względy na utrzymanie porządku publicznego nie będą wymagały bezwłocznego wkroczenia władz bezpieczeństwa, władza państwowa wezwie osoby, dotknięte postanowieniami, lub dekretami kościelnemi, przewidzianemi w art. V a Konkordatu, do ich wykonania w terminie zakreślonym, nie dłuższym niż dni 14, a po bezskutecznym upływie tego terminu przystąpi do przymusowego wykonania tego zarządzenia. Zażalenia, wniesione przeciwko tym zarządzeniom, nie mają mocy wstrzymującej.

§ 6. Rozporządzenie niniejsze wchodzi w życie z dniem ogłoszenia.

St. Grabski
Minister Wyznań Religijnych i Oświecenia Publicznego.

Wł. Raczkiewicz
Minister Spraw Wewnętrznych.

Rekolekcje dla P. T. Duchowieństwa w Dziedzicach

W domu rekolekcyjnym XX. Jezuitów w Dziedzicach (Śląsk) odbędą się rekolekcje dla W. W. Księży w następujących serjach:

Serja II.	Początek dnia	12 lipca	o godzinie	7 wieczór.
	Zakończenie „	16 „	„	6 rano.
Serja III.	Początek „	26 „	„	7 wieczór.
	Zakończenie „	30 „	„	6 rano.
Serja IV.	Początek „	16 sierpnia	„	7 wieczór.
	Zakończenie „	20 „	„	6 rano.
Serja V.	Dla samych tylko W. W. Księży Prefektów			
	Początek dnia	23 sierpnia	o godz.	7 wieczór.
	Zakończenie „	27 „	„	6 rano.
Serja VI.	Początek „	13 września	„	7 wieczór.
	Zakończenie „	17 września	„	6 rano.
Serja VII.	Początek „	4 paździer.	„	7 wieczór.
	Zakończenie „	8 „	„	6 rano.
Serja VIII.	Początek „	18 „	„	7 wieczór.
	Zakończenie „	22 „	„	6 rano.

O wczesne zgłoszenia uprasza: *Ks. Józef Bok T. J.*
rektor domu.

Kwalifikacje katechetów średnich

Rozporządzenie M. W. R. i O. P. z dnia 10-go grudnia 1925 r. (Dz. U. Rz. P. Nr. 131 ex 1925, Poz. 938) w sprawie kwalifikacji zawodowych duchownych rzym.-kat. do nauczania religji w szkołach średnich ogólnokształcących i seminarjach nauczycielskich państwowych i prywatnych.

Na zasadzie art. 2 ustawy z dnia 26 września 1922 r., dotyczącej kwalifikacji zawodowych do nauczania w szkołach średnich ogólnokształcących i seminarjach nauczycielskich państwowych i prywatnych w brzmieniu, ogłoszonem w załączniku do rozporządzenia Ministra Wyznań Religijnych i Oświecenia Publicznego z dnia 15 września 1924 r. (Dz. U. R. P. Nr. 92 poz. 864), oraz art. 2 ustawy z dnia 23 kwietnia 1925 roku o zatwierdzeniu układu ze Stolicą Apostolską, określającego stosunek Państwa do Kościoła Rzymsko-Katolickiego (Dz. U. R. P. Nr. 47 poz. 324) zarządza się co następuje:

§ 1. Zgodnie z art. XIII Konkordatu zawartego pomiędzy Stolicą Apostolską a Rzecząpospolitą (Dz. U. R. P. z 1925 r. Nr. 72 poz. 501) kwalifikację zawodową do nauczania Religji rzymsko-katolickiej w szkołach średnich ogólnokształcących i seminarjach nauczycielskich państwowych i prywatnych stanowi dla duchownych rzymsko-kat.:

a) świadectwo ukończenia studjów na wydziale teologji katolickiej ze stopniem naukowym lub bez stopnia naukowego w uniwersytetach i zakładach teolog. w Polsce i zagranicą;

b) świadectwo ukończenia studjów teologicznych w diecezjalnych seminarjach duchownych (art. XIII konkordatu).

§ 2. Do udzielania nauki religji potrzebuje duchowny rzymsko-katolicki oprócz kwalifikacji zawodowych jeszcze misji kanonicznej, udzielonej mu od właściwego biskupa.

§ 3. Rozporządzenie niniejsze wchodzi w życie z dniem ogłoszenia. Z tym dniem traci moc obowiązującą rozporządzenie Ministra Wyznań Religijnych i Oświecenia Publicznego z dnia 24 marca 1925 (Dz. U. P. Nr. 36, poz. 246).

Minister W. R. i O. P.: *St. Grabski.*

UWAGA: Rozporządzenie to nie narusza w niczem obowiązujących *przepisów diecezjalnych* o egzaminach i kwalifikacjach katechetów.

Z wydawnictw

polecamy: Ks. Dr. Józef Lubelski, *Etyka Katolicka*, podręcznik dla szkół średnich, Tarnów 1926. Nakładem autora. Podręcznik ten opracowany starannie ujmuje w sposób jasny i przystępny zasady życia chrześcijańskiego.

Corrigenda

W Kurendzie V na str. 55, kolumna 2 wiersz 11 od góry zamiast „sprowadzę" czytaj „sprowadzą".

Jego Świątobliwość Ojciec św. Pius XI raczył najmiłościwiej zamianować JWP. Szczepana hr. Tarnowskiego z Malinia (parafja Chorzelów) Swoim *tajnym szambelanem* (camerarius intimus ab ense et lacerna).

Zmiany wśród duchowieństwa

Odznaczony Rokietą i Mantoletą, ks. Adolf Majewicz, proboszcz w Turzy; Exposit. can. ks. Paweł Wieczorek. katecheta szkoły powszechnej w Brzesku.

Instytuowani: ks. Edward Pykosz, wikarjusz w Gromniku na probostwo w Ptaszkowej, 21 kwietnia; ks. Michał Chłoń, proboszcz w Jurkowie ad Dobra na probostwo w Górze Ropczyckiej 22 kwietnia.

Zamianowany proboszczem w Jurkowie/D ks. Franciszek Wójcik, wikarjusz z Gawłuszowic.

Przeniesiony: ks. Władysław Stefanowicz, wikarjusz w Wietrzychowicach do Gromnika.

Urlop dla poratowania zdrowia otrzymał ks. Stanisław Tobiasz, wikarjusz w Jurkowie ad Tarnów; na zastępstwo do Jurkowa przeznaczony ks. Dominik Litwiński, wikarjusz z Wierzchosławic.

Z KURJI BISKUPIEJ

W Tarnowie, dnia 20 maja 1926

† LEON
Biskup

Ks. Roman Sitko
kanclerz

Nakładem Kleru Diecezjalnego — Z Drukarni Zygmunta Jelenia w Tarnowie